



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica**

**Huet, Pierre Daniel**

**Parisiis, 1679**

XXXVII. Trogi Pompeii, & Justini,

**urn:nbn:de:hbz:466:1-16260**

## PROPOSITIO IV.

52

Strab. libr. 14. fundit, quos esse distingudos docet Strabo.

*Castoris  
Rhodis,  
Julian, Paræn.*

*Diodori Siculi,  
Diodor. libr. 1.  
Justini, Paræn.  
Cyrill. libr. 1.  
conpr. Julian.*

XXXIV. Molem noverat & Castor, sive Rhodius, sive Galata, Dejotari gener, & inter eos recensetur à Justino, qui Mosis tanquam vetustissimi Judæorum principis meminerunt.

XXXV. Memorabili testimonio Molem Diodorus Siculus prosequitur, quo & virtutes ejus prædicat, & ait primum Ægyptiæ leges posuisse. Verba Diodori referunt Justinus & Cyrillus, verum variante scriptura: sic enim legitur in vulgarium Diodori codicibus: μετὰ δὲ τοῦ παλαιῶν τὸ κατάλυμπον Εἰς κατάστασιν, τὸν μεταρρύθμιον γενονταί εἴ τοι θεῶν οὐ τὸν ιερόν, πειστος φατο τελέστως ἀγενήτος νόμους ζητοῦσας τοῦ Κοινοῦ τὸν Μυδῶν, ἄνδρα οὐ τὴν Φυχὴν μέραν, οὐ τὸν Εἰρηνούσαντον τῷ μητροπολιτεύσαν. Nam post vetustam hoc in Ægypto vivendi genus, quod Deorum & Heroum ero viguisse fertur, primum Mneven aint, magni animi virum, & inter celeberrimos de vita præclare meritum, vulgi multitudine persuasissime, ut legibus uteatur non scriptis, ad easque vitam accommodaret. Ita vero habent edita exemplaria Justini: πειστο φασιν ιεράρχοις νόμους τελέστως γεννῆται τὸ πάνθεον οὐ Κοινοῦ Μενοῦλον ἄνδρα οὐ τὴν Φυχὴν μέραν, οὐ τὸν Εἰρηνούσαντον μητροπολιτεύσαν. Paria fere habet Cyrus, qui hunc Justini locum videtur, cum scriberet, respexisse. Certe utrum, Mydōn, an, Μενοῦλον, scripsit Diodorus, dubitatio est. Verum quomodocunque legas, parum interest, cum Mneves, seu Mnevis, ipse sit Osiris; Osiris autem, ipse Moses: quod suo loco demonstrabitur. Videtur id quidem ignorasse Diodorus, &, ne verum dissimilem, Mydōn scripsisse, nam paulo post Molem inter latores legum nominationem recenset. Sed nihil adversus verum valeare debet Diodori ignoratio; cum præsertim post fabulosi Deorum & Heroum tempora leges tulisse dicat Mneven virum magnum, quem & alibi Menam appellat: quæ tamen nomina diversa sunt, & originis diversæ. Atque hoc Mose aptius convenit, qui vere vir magnus fuit, quam Heliopolitano illi Deo, qui vir dici non potuit, cum Deus esset. Mnevis ille, seu Menas Diodori, Men appellatur ab Herodoto, Minæus à Josepho, Minis à Plutarcho, Menis ab Älian, Maneros à Julio Polluce, qui & eum Musarum discipulum vocat, quod literarum repertor Moses, seu Mercurius habitus sit, & Musica artis peritus. Quam ob causam & Apollo νομογένες diutus est, & Bacchus quoque, quos Mosis esse typos ostendemus. Adstipulantur nostra conjectura sequentia. Diodori verba, quibus ait finxisse Mneven se leges illas accepisse à Mercurio, qui Moses est. Porro non, αὐτοῖς, sed, ἐγέρσιοις, vere legitur apud Justinum & Cyrrillum: aliqui legumlatores Ægyptios recensens Diodorus, primum notasset auctorem ἐγέρσιον legum, haud fecus a ἐγέρσιοις. Præterea si primus leges ἐγέρσιος Ægyptiæ posuit Mneves, quibus ante Mnevem legibus usos eos dicemus: nam credibile non est ex leges penitus vixisse per octodecim annorum millia, dum à Diis & Heroibus, prout habent ipsorum fabulae, regerentur. Subiungit Diodorus commentum esse Mneven leges suas sibi à Deo traditas, quemadmodum & Minoëm, & Lycurgum, & Zatraustum, & Zamolixim, ὅποιοι ιεράρχοις Μενοῦ τὸν ιερόν την πατριαρχίαν θέσθησαν & θεῖας δλως ἔνοικος ἐγέρσιος οὐ πεινάντας, τὸν μέλλονταν οὐρανοῖς αἰθέριον πάνθεον, εἰν τὸν ιερόν τοῦ Ιερούλαντα τὸν ὄχλον, μᾶλλον ὑπακούεις δραγαλέοντας. Hoc sibi vult Diodorus, latores illos legum, eas à Diis sibi traditas finxisse, sive quod mirabilem & divinam prorsus eam existimarent esse cogitationem, que hominibus tanto futura esset usus: sive quod libertius obtemperatur arbitrarentur multitudinem, dum ad auctores legum tanta dignitate & potestate pollentes respicerent. Hæc autem quanvis aperta & perspicua, parum tamen videtur intellexisse sanctissimus martyr Justinus, apud quem ita conceptus est ille locus: ὅποιοι ιεράρχοις μενοῦ τὸν ιερόν, εἴτε Σανκράσιν & θεῖας δλως ἔνοικος οὐ πεινάντας τὸν μέλλονταν οὐρανοῖς πάνθεον, εἴτε τὸν ιερόν τοῦ Ιερούλαντα τὸν ὄχλον λεγομένων τὸν νόμον την πατριαρχίαν τὸν ὄχλον, μᾶλλον ὑπακούεις δραγαλέοντας. Hæc sensu à superioribus discrepant: nam sibi volunt Mo- sém apud Judæos Dei nomen fuisse consecutum, sive quod à divina mente profectas crederent leges hominibus adjumento futuras, sive quod promptiores ad obsequium homines fore censerent, si ad eorum præstantiam & virtutem oculos intenderent, qui repertores legum habebantur. Atque hanc lectionem fecutus est Cyrilus, sed vi- tiosam, ut videtur, & corruptam. Sed tamen constat saltem cognitum Diodoro & memoratum Mosem, Judaicæ gentis legumlatorem, & Dei Iao, sive Ichova nomen invoca- centem, quæ ad hujus disputationis propositum sufficiunt.

*Chæremonis,* XXXVI. Claruit Augusti atate Ægyptiacæ conditor Historia Chæremoni, qua Ebraeos narrat excessisse ex Ægypto duce Mose: sed narrationibus suis mendacia aspergit; velut cum Josephum Molli expeditionis hujus comitem adjungit.

*Trogi Pom.* XXXVII. Tulit eadem ætas Trogum Pompeium laudatissimum Historicum,

## PROPOSITIO IV.

53

cujus opus in epitomen contraxit Justinus, Antonini Pii temporibus. Paucis ille comple-  
xus est gesta Mosis, at ea tamen aliquot fabulis inquinavit, ut fere Autores illi, *peii, & fini,*  
& aetate & spatius locorum a Mose & Iudea discreti, proptereaque Judaicarum rerum  
satis rudes. Quaecunque tamen afferit Trogus, utcunque adulterata, ex Mosaicis ta-  
men adyis deponita esse liquet. Notabile imprimis est, quod Iudeis Sacerdotibus ju-  
stitiae religione temperata testimonium præbet.

XXXVIII. Herodis & Augusti familiaritate floruit Nicolaus Damascenus, au- *Nicolaï Dam-*  
ctor Historiae universalis: qui cum & Syrus esset, & Herodis Iudeorum regis amicus, *mæstori,*  
res profecto Judaicas ignorare non potuit. Ex hac ergo ipsius Historia narrationibus  
suis confirmandis testimonia quadam afferit Josephus. Celebratissimum illud est, quo  
Mosis Iudeorum legislatoris libros citat. In eo de Arca Noachi agens, & Armeniæ  
monte ad quem appulit, vocari ait montem hunc, *Cæsarea*. Ab Arca ipsa ita dictum ve-  
re existimabat Scaliger: naves enim, *Cæsarea*, appellabantur, cujus vocis originem, vul-  
go ignorabilem, docuit me Aeschylus Scholastes. Is ad hec Aeschylus verba: *ξεργεντος οι μηλιπιαι συρρεγονται τα ποτα τα νησα δηλεγονται ιναι, η ειναι ταν ταν τα ποτα τα νησα ποτασιον, οι οι αι νησα Cæsarea*: Xerxes autem mala videlicet omnia appetit, & attraxit navibus  
*Baridibus, Bari profectis, que Persia urbs est, ex qua & naves Barides dicta. A Persis*  
translit ea vox ad Ionas, ut intelligitur ex Corinthi libro de dialectis: hinc ad Græ-  
cos & Latinos. Sed hoc obiter.

XXXIX. Hoc avo vixisse videtur Ptolemaeus Mendesius, qui res Ægyptias tri- *Ptolemei*  
bus libris complexus est. Minime ille quidem Iudeorum præeunte Mose exitum ex *Mendesii.*  
Ægypto prætermisit, quem ad Amosios regis Ægypti tempus retulit. Verba ipsius  
repræsentavit Apion, ex Apione Clemens Alexandrinus. Meminerunt eorumdem Ju-  
stinus in Parænesi, Tatianus, Africanus apud Eusebium, & Cyrillus.

XL. Huic subjiciemus Strabonem, virum pretii quantivis, qui de Mose & Iudeis  
summo candore differuit. Scribit enim profanos Ægyptiorum mores exosum Mose, *Strabonis,*  
collecta ingenti piorum hominum multitudine concessisse in Iudeam, illicque fixis se-  
dibus, & sanctis Dei colendi ritibus institutis, abjectoque potissimum & ejurato ido-  
lorum cultu, non tam vi & armis, quam pietate imperium confirmasse: verum in pe-  
jus deinde vergentibus Iudeorum animis, puram religionem superstitionibus fuisse la-  
befactatam; & quæsitus sanctitate ac integritate vita imperium gentem nefariam  
tyrannide & latrociniis auxisse. Falsa quidem veris nonnulla admiscet, sed viro φιλο-  
ληθεῖ, ac res ab aliis sibi traditas ingenue referenti condonanda.

XLI. Quæ à Ptolemaeo Mendesio acceperat, non retulit modo Apion Gram- *Apionis;*  
maticus, sed suo etiam assensu comprobavit, pessime licet erga Iudeam gentem affe-  
ctus, quam & scriptis suis proscidit. Mosem igitur Iudeis Ægyptum fugientibus præ-  
viss fatetur, cum Argis Inachus, Amosis in Ægypto regnaret. Itaque eum in testi-  
monium adducunt Justinus; adducunt & Tatianus, & Africanus apud Eusebium. Verba *Justin. Paræn.*  
ipsa exhibet Clemens Alexandrinus. Verum longe plura afferit Josephus ex libris Gram- *Euf. Ptole. libr.*  
matici hujus, qui sincerum licet veritatis vas incrassare tentet, Mosis tamen res ge- *10. cap. 10.*  
fas mirifice confirmat.

XLI. Huc conferendi, Philo Iudeus Apionis hujus æqualis, qui eruditissimis *Philonis, Jo-*  
lucubrationibus Mosem illuvstravit; Flavius Josephus Judaicarum Antiquitatum verna- *sephi, & Justi*  
culus vindex, qui Vespasiani ac Titi præcipue temporibus emisit; & Justus Tiberien- *Tiberiensis,*  
sis Josephi ὁ μάρτυς & adversarius, qui Chronicon regum Iudeorum scripsit, & à Mo-  
se aufpicatus est.

XLII. Cuinam vero potissimum aetati tribuendi sint Autores apocryphorum *Antorum li-*  
librorum Esdra, tertii, & quarti; item tertii Machabæorum, incertum est: neque vero *bri terii &*  
haec est presentis loci tractatio. Constat modo expressas in iis Mosaicis operis notas *quatri Esdra,*  
extare.

XLIV. Arcano Mosis volumine Judaicum jus contineri, atque à Iudeis edisci, *& tertii Ma-*  
servari, & metui, scriptum reliquit Juvenalis.

XLV. Columba è Deucalionis arca ad explorandam tempestatem emissa me-  
minit Plutarchus. Atque id quidem vel a Mose summis ipse, vel quod potius existi-  
maverim, ab aliis qui a Mose sumserant. Quanquam ex sacris Libris suos ipsum, &  
Platinum, & Numenium, & alios complures, exornasse vult Theodoreus. Quæcun-  
que certe de Typhonie narrat in libro De Iside & Osiride, ad Mosem pertinere, &  
nos dicemus infra, & alii demonstrarunt: velut cum ait Typhonem asino vectum per  
dies septem fugisse, & liberos demum Hierosolymum & Iudeum genuisse. Quippe  
legitur in Exodo: *Tulit Moyses uxorem suam, & filios suos, & imposuit eos super asinum.* *Theodore. De*  
Post sex dierum fugam, lepto conquevissile Mosem fabulantur Trogus & Apion. *curand. Grac.*  
*Exod. 4. 10.* *Justin. l. 16. c. 2.*  
*Jof. 1. 2. in Ap.*

G iii